24	χ	*In Collo.*	5	5
25	ψ	*In ala dextra trium media.*		
17	ω	*In dextro genu*, νεφελοειδὴς *duplex.*		
26	A	*Ad auſtrinam caudæ partem trium inferior.*		
29	b	*In colli origine tres.*		
30	c	*Ad volam dextram parvula.*		
31	d	*Trium in ala dextra Borealior.*	9	6
32	e	*Auſtralior.*		
34	f	*Ad Boream caudæ partem duæ.*		
35	g	*Ad partem Auſtrinam trium ſuperior.*		

Natura Veneris cum Mercurio.

H. *Lyra.* I. *Caput Draconis.* K. *Cephius ſeu Nereus*, ἁλιὸς γέρων, *Senex Æquoreus.* L. *Cauda aquilæ.* M. *Sagitta.* N. *Pes Pegaſi.* O. *Tropicus æſtivus.* P. *Tertii fulgoris ſtella, anno 1600. primùm conſpecta & obſervata, omnium fermè tacito conſenſu pro novo phænomeno recepta, eundem adhuc hodiè retinet ſitum, longitudine partium 16. ſcrupulorum 18. Aquarii; latit.* P. *55.* S. *32. Bor. Declinat.* P. *36.* S. *52. ſ. 20. Aſcenſ. recta. 300. 45.* $\frac{1}{3}$. *Culminans cum 28. gr. 37. m. Capricorni Stellæ*, α. β. γ. δ. ε. *Crucis effigiem, antiquitus etiam agricolis cognitam, conſtituunt; his* P. *adjungas licet, Crucifixi inclinantis formam habebis. Denebedegige nobis ſemper conſpicua, ut Æmilius ſcriptor antiquus De Cygno: Hunc optant nautæ, quia ſe non mergit in undas.*

TABULA X. Lit. K.

CASSIOPEA.

Multis Caſſiopea, Iuvenali Cathedra mollis. Ἡ τοῦ θρόνου. *Mulier ſedis, Seliquaſtri Seliquaſtrum, Siliquaſtrum, Sella, Solium, Sedes regalis, Habens palmam delibutam, Græcis* θρόνος, *ſive* καθέδρα, *Hebræis Abenezra, Arab. Canis, vel Cerva, Syneſio* ἀμφικέφαλος καθέδρα.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG